



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in  
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

**Gavanti, Bartolommeo**

**Venetiis, 1650**

Oratorium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9534**

- in oratione. Prou. 5.
- 21 In feriis sextis paulo ante horam nonam detur signum salutationis Angelicæ. Prouinc. 2.
- 22 In Sabbatis laudes. B. Virginis per Antiphonam Salve Regina, canantur Vesperi in Parochialibus. Prouinc. 3.
- 23 Quotidie statuatur oratio pro defunctis prima hora noctis, dato campana signo. Prou. 6.
- 24 Sabbatis quatuor temporum sub vesperum conueniant populi ad Ecclesias Parochiales ad pias preces, tum pro ordinatis, tum pro beneficiis acceptis. Prou. 4.
- 25 Imminentibus calamitatibus ea ratio ineatur, vt sine intermissione fiat oratio, à Clero, & populo. Prou. 3.
- 26 Nimbis, procellisue imminentibus campanæ sonentur, vt fiant preces in Ecclesia, saltem à Clero. Prou. 4.
- 27 Pro temporum ratione certa hora statuatur ad communem orationem, etiam domi habendam, datis iecirco campanarum signis. Prou. 3.
- 28 Stata prece, adhibeatur benedictio ante cibum, & post eam gratiarum actio. Prou. 5.
- V. Confraternitates. n. 23. Regularium iura sub Episcopis num. 19. 20.*

## ADDITIO.

- 1 Non tenentur Regulares accedere ad Ecclesias extra propria Monasteria pro celebratione orationis 40. Horarum, decisum refert *Genuens. in praxi Neapol. cap. 64. num. 3.*

## Oratorium.

- 1 **A** Edificatio, aut vsus Oratoriorum partius concedatur. Prou. 1.
- 2 Ne sit in partibus interiorum ædiū, sed separatim ab aula, triclinio, cellis, *ibid.*
- 3 Neque ita angustum sit, vt è fenestris audienda sit Missa. *ibid.*
- 4 Rariùs ibi celebretur, & diebus concessis à Sede Apostolica tantum. *ibid.*
- 5 Quæ in viis extruuntur, ne sint in cæpis, & sint sine altari. Prou. 4.
- 6 Cancellis muniantur, & fenestris clathratis. *ibid.*

- 7 Valuis etiam, & clauis penes Parochum *ibid.*
- 8 Neque extra, nisi in loco alto, pingantur ibi sacræ imagines. *ibid.*  
*V. Imagines sacræ num. 14. 15. Missa num. 18. 19. 20. Reliquiæ sanctorum num. 47.*

## Ordo in genere.

- 1 **O** R dinationes fiant stas temporibus, in Cathedrali, presentibus Canonicis, publice, vel in digniori Diocesis Ecclesia, si in Diocesi sit Episcopus. *Trid. sess. 23. c. p. 8.*
- 2 Ab alieno Episcopo nemo ordinetur sine testimonio Ordinarii de vita, & moribus. *idem ibid.*
- 3 Dimissoria litteræ dari non possunt nisi ab Episcopis, intra quorum fines existunt exempti. *idem ibid. cap. 10. V. Litteræ dimissoria num. 1. 2. 3.*
- 4 Dispiciantur ordinandorum genus, Persona, ætas, institutio, mores, doctrina, fides, ab Episcopo, opera virorum prudentum. *idem ibid. cap. 7.*
- 5 Genus, nam potest Episcopus ordinare subditū sibi ratione originis, seu domicili, seu beneficii. *DD. communiter.*
- 6 Origo patris inspicitur. *Barbos. cum aliis alleg. 4. num. 4.*
- 7 Matris in illegitimo attenditur. *idem ibid. num. 15.*
- 8 Exposito origo attenditur ex loco, in quo fuit expositus. *Gratian. d. sept. for. cap. 75. num. 12.*
- 9 Domicilium est locus perpetuæ habitationis. *Mench. cons. 3. 29. num. 33.*
- 10 Habitatio continua per decennium æquualet domicilio. *Barbos. loc. cit. num. 28. 29.*
- 11 Ratione beneficii, si plura habet, à quouis Episcopo illorū. *Barb. ibi. n. 51.*
- 12 Habita beneficii possessione, ne dum collatione, quæ sola non sufficit. *Garz. par. 2. cap. 4. num. 16. 17.*
- 13 Filii hebræorum non excluduntur ab ordinibus. decisum refert *Armendar. lib. 1. tit. 21. l. vnica num. 6.*
- 14 Potest etiam Episcopus ordinare Natiuos alibi natos, sed degentes in monasterio Diocesis, non autem potest eorum Abbas. *Barbos. allegat. 2. num. 8. & alleg. 4. num. 62.*